



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.
Iesv Theologi**

Albertini, Francesco

Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV

6. Captiuos è carcere educit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46785)

CUSTODE CAP. XVII. 161

cælo mittere dignaretur, quatenus ab eodem optimum modum educationis filij sui disceret, cuius beneficio eum vxor suâ in sterilitate conceperat.

Nè quis autem dubitet, Angelum supplicium sumere de illis parentibus, qui proles suas in timore & amore Dei non instruunt, Exodum inspiciat, vbi Dominus, aut si Paraphrasi Chaldaicę inhæremus, Angelus Domini Moyfi obuiam factus, & *Exod. 4.* mortē interminatus fuit, eâ de causâ solum, quod is prætermisisset filium suum circûcidere, vt clarius videre licet eodem loco.

SEXTVM ET SEPTIMVM
beneficium corporale.

Sed ad alias huius vitæ molestias ac necessitates trãsgridiamur. Nam in omnibus (quod sexti beneficij locum habet) promptissimam nobis opem Angelus Custos suppeditat. Si quis igitur in carcere se constrictum dolet, festinet ad Angelum, & in memoriam reuocet, qua potentia is Petri

trium

trum de manu Herodis liberari, rumpendo catenas, referando portam ferream, & liberum illum ad coepostolos reducendo. Simile quidam Beato Foelici Nolano & alijs contigit. Et quando populus Israeliticus in captiuitate tenebatur, non Angelus compluries Deum deprecatus est quatenus fideles suos eripere ac solari vellet omniaque totius temporis quo constricti erant, momenta signauit?

Sur. 14.
Ianuuar.
C. 14.
Maij.

Septimum esto, quod in via aut itinere sicubi periculis innadimur, per Angelici custodis protectionem salui euadimus, vti Tobias senior testari potest, cuius filius ad exteras regiones per eum ductus, & rursum ad patrios lares incolumis reductus fuit.

OCTAVVM BENEFICIVM corporale.

Si que forte potentiũ ac Principũ furor premit, securus se conuertat ad Angelos. Quis ignorat Angelum prohibuisse Balaã, ne populo Israel male-